hystoria perniptum est reperiri. Cuius hic hystorie nuda dum
taxat uerba describimus. ut dubietatis scrupulum ambigen
tibus auferamus.
Siluanus inquit rethor. fuit prius troyli sophiste discipulus et
ad perfectum christianus. uitamque monachicam diligens. i. s. n.
doctoris pallio uti desperit. Quem postea atticus episcopus comprehen
dens. episcopum philipoleos ordinauit. At ille tribus annis in tra
cia degens. nec frigora ferre ualens. cum haberet corpus ualde
debile atque subtile. rogauit atticum ut eum in locum alium consti
tueret. dicens non ob aliam causam nisi propter frigus ea se loca
uitare. Cumque alter pro eo fuisset ordinatus. mansit siluanus
apud constantinopolim uitam monachicam perfecte custodi
ens. tantumque fuit sine ulla arrogantia ut plerumque in tan
ta multitudine ciuitatis cum soleis despectus incederet.
Quodam uero tempore preeunte troiane ecclesie presul moritur. troia
nique uenerunt petentes episcopum. Cumque cogitaret atticus quem
ordinare deberet. subito contigit ad eum salutandum uenire
siluanum. At ille uidens eum mox cogitare cessauit. Tunc
ad siluanum. non habes inquit ultius occasionem per qua ecclesias
ticas curas possis effugere. Troia namque non habet frigus. Sed ecce
tibi paratus est corpori tuo oportunus locus a deo. Prepara igitur temet
ipsum. et ad troiam continuo proficiscere. Migrauit igitur siluanus. Uerum
siquis hunc fortasse temeritatis accuset. eumque pro solo frigore commis
sum regimen contempsisse. atque pro corporis comoditate ad aliud trans
migrasse condempnet. audiat postea hec insigne per eum claruisse
miraculum. et sic saltim liuido reprehensionis morsu lacerare
desinat iustum. Sic enim subiungit hystoria. De facto miraculum
quod inter manus eius accesserat enarrabo. Nauis maxima que
grandes columpnas deueheret. nuper in litore troiano fabricabatur.
Cumque eam ad mare ducere uoluissent. multis funibus atque populo
trahente nullatenus mouebatur. Quod dum pluribus diebus
ageretur. suspicati sunt nauem a demonio retineri. Tunc ad